Selectiora quaedam Juris Caesaeri theoremata.

Numéro d'inventaire : 1980.00013.2
Auteur(s) : Aldebert Seguin
Type de document : affiche
Éditeur : non renseigné (Toulouse)
Imprimeur : Vve Colomerij
Période de création : 1er quart 17e siècle
Date de création : 1610
Description : Une feuille de papier bruni. Des déchirures à l'endroit des pliures médianes ont été réparées au verso au moyen de ruban adhésif. L'ensemble du verso a été renforcé par les mêmes moyens.
Mesures : hauteur : 572 mm ; largeur : 404 mm
Notes : Affiche annonçant les propositions de droit que doit défendre, le 15 juillet 1610, Aldebert Seguin au palais de Justice de Toulouse. Il emploie des citations et des termes grecs dans le texte latin (pour souligner sa formation d'helléniste). La partie supérieure de l'affiche est consacrée à la dédicace. L'ensemble est placé dans un cadre ornemental, et surmonté d'une estampe représentant des armoiries.
Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 1
ill.

ILLVSTRISSIMO SPECTATISSIMOQVE VIRO,

DOMINO D. DE VIGNOLES

EQVITI NOBILISSIMO, SACRI CONSISTORII CONSILIARIO DIGNISSIMO, ET IN SVPREMA CVRIA CASTRENSI, Præſidi integerrimo.

OBSEQVENTISSIMVS ALDEBERTVS SEGVINVS Maruciolanus.

D. I. D.

CASTERIÆ proximare allubeſcenti (PRÆSES AMPLISS.) *tot ſunt immiſſi inimici, vt inſidiæ pateant vndique non induciæ, & tædium, morbus, mors, parvum Trias ſtridentibus dentibus me concipiant impetere & occipiant donec oppetam, etſi prima fronte cum Plan.* [illegible] *inſtituerim, quàm tàm incertæ aleæ plenum opus moliri; compacta tamen potius quàm compoſita iuris hæc ſymperaſmata limam paſſura ſeueriorem & mentium hiſtricularum virus ſubitura, in agonem prodire catulliunt. Qui vt fœlicioribus auibus procedat, amœnum fauentiæ tuæ ricinum* (VIR ILLVSTRISS.) *cuius ſub vmbraculis reſideant euotis votis ambiunt; & nauigio dehiſcenti, leniter aſpirantem tuæ præſentiæ auram ardentibus nimis animis aucupantur. Pus nimiò inconſultè obmuſſitat aliquis tantum virum peruigili cura totius prouinciæ imo & regni ſaluti ſubſidentem ad* [illegible] *protectitiæ rei curam proletanea ſchedula interpellas? Et ſane diutule hic animi morſus, cum idoneum nullum obtendi poſſe excuſationis inuolucrum, inſtituti mei aciem exaſperauit; tandem vicit,* incuria ſannæ, *& patris mei tibi addictiſſimi non immemoris aurei illius eulogij* ([illegible]) *hortamenta vicerunt quibus non audire piaculum. Inſuper hoc officium maximum in me beneficium pollicetur inſignis in rei literariæ candidatos humanitas tua, ac miſeris iuuandi ſpontanea voluntas. Hoc denique ſubſidij propitiatum adiecturum, ceruus quam Aphtas apud Memphiticos vaticinatur ſpes mea; non igitur terrorem non horrorem hoſtiles omni incutient, etſi omnes mortales compacto vt in velabroſlearij noſtram adoream adoriantur,* (*horum enim dolos dedolabis*) *nec, quando ſcilicet pateris me adeò obæratum tuæ liberalitati, brabium Delitiolum* [illegible] *præripient; quod* (*ne ſermo prolixior ſalutares tuos actus oneret*) *acceptum tuis gratijs in æternum itabo ac libabo, ſat mihi faciens* (*ſi tuis auſpicijs cœpta ſortiantur exitum*) *modo modulamini Lyrici ſuccinere poſſim.*

[illegible]

Selectiora quædam Iuris Cæſarei Theoremata.

De Codicillis.

I.

HÆREDITAS in Codicillis directò dari vel adimi non poteſt,

II.

Per fideicommiſſum tamen illud fieri poſſe non negamus:

III.

Imo verò etiam à milite directò inſtitutionem in Codicillis dari cum iuris auctoribus aſſeueramus,

IIII.

Inſtitutionem namque propriam eſſe teſtamenti nemo inficias ibit,

V.

Idem de exhæredatione concludendum eſſe exiſtimamus.

VI.

Codicillos autem tam ab inteſtato quam ex teſtamento fieri poſſe non dubitamus;

VII.

Atque ante vel poſt teſtamentum Codicillos factos valere affirimus.

VIII.

Furioſum verò illos conſtituere non poſſe cum iuris conditoribus putamus.

IX.

Cæterum nullam ſolemnitatem ordinationis Codicillos deſiderare indubitati iuris eſt.

Ex ſubſtitutionum tractatu ſerta quædam, florilegium.

I.

SVBSTITVTIO vulgaris ab omnibus cuilibet fieri optime poteſt.

II.

Pupillarem tamen ſolus pater filio impuberi facere poterit,

III.

Dum tamen ſub illius poteſtate filius conſtitutus fuerit.

IIII.

Qua ratione matrem pupillarem ſubſtitutionem facere non poſſe explorati iuris eſt:

V.

Illam enim ſub poteſtate filios non habere neminem ignorare puto,

VI.

Humanitatis tamen intuitu matrem æque ac patrem filijs ſuſtituere poſſe iure noſtro cautum eſt.

VII.

Atque pupillarem ſubſtitutionem pubertate finiri ſatis conſtat,

VIII.

Quamuis vltrà illud tempus à teſtatore facta fuerit.

IX.

Poſt aditam verò hæreditatem ſubſtitutiones non impuberibus filijs factæ expirare ſolent, impedimento quoque ſublato exemplaris perit.

Agitabuntur Toloſæ, Deo fauente, in ſacro Themidis templo, ſub auſpicijs doctiſſimi Antecesſoris D. IOANNIS COSTAE, *Die 15. menſis Iulij, an.* [illegible] *1610.*

TOLOSÆ, Ex Typographia Viduæ I. Colomerij, ſub ſigno nominis IESV. 1610.